



von MEIERN *Acta P. W.* t. 4. l. 25. §. 26.

§. XXXVI.

Temperamentum, quod huic rei adhiberi optimum visum est, fuit, ut ad proxima de contributionibus materia remitteretur Comitia. Hoc facto ipsi Imperatoris legati, Euangelicorum verbis vti sequentem Suecis exhibuerunt d. 14. Maii de suffragiorum valore formulam:

*In causis religionis, omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam vnum corpus considerari nequeunt, ut etiam Catholicis et Augustanae Confessionis statibus in duas partes euntibus, sola amicabile compositio lites dirimat, non attempta votorum pluralitate: Quod autem ad pluralitatem votorum in materia collectarum attinet, quum haec res in praesenti congressu decidi non potuerit, ad proxima comitia remissa esto.*

von MEIERN *Acta P. W.* t. 4. l. 29. §. II.

§. XXXVII.

Haec igitur Euangelicorum verba ab ipsis Catholicas, post multas deliberationes approbata et instrumento P. O. inserta non possunt aliter, nisi ex Protestantium mente intelligi.

§. XXXVIII.

Sunt vero ex mente Euangelicorum negotia, in quibus Status tanquam vnum corpus considerari non possunt

sunt